

Alapide. Aurea sanè victoriorum Dei insigniter plauditur, quàm usus linguæ pupis ante tempus gratis conceditur; quoniam concessa infantibus lingua, patebat cunctis in illos supernaturalis gratia: etenim si victoria decantanda, quoniam inimicum vicit; plus, quòd in victoriâ signum, voces infantia concederet.

14. Victoria singularis nobis obijcitur, quùm puer Benedictus cum Sorore intra vulvæ septa clauditur, Summerfus constat tyrannus, si à pupis plauditur triumphus. Unde trophæum? Ex modulamine vocum: supernaturaliter namque data loquendi facultas, igitur gratia fecit linguas infantium disertas: triumpho Dei mirificè plauso, ex concessio linguæ usus equidem haud infantium imperitia proferret in grates musicam, ni reportassent de peccato victoriam. Nunquam magis victrix Domini manus, quam ubi animæ suffocatur inimicus: sub cois dira tyrannide genit etiam ab origine, exprimens fletibus captivitate, quippe subivit tenebras ante lucis fruitionem. Benedictus & Scholastica exultant gaudio, in genitricis Abundantiæ carcere, utero. Gaudium illotunc in natura culpæ obnoxia, haud potest emanare nisi à gratia: victricemque manum Dei infantium declarat ex vulva metrica vox; equidem obzari nequâquam canerent, ni culpam primam originariam vicissent. Infantes numerosè loquuntur, & alij nomen Dei decantaverunt: Iccircò dicitur, Pariter. Offerebatur plausui victoria & musica. Musica infantium, victoria Dei ex fractione vinculorum (annunciaverunt cœli Dei iustitiam, ut viderent populi infantium gloriam) pariterque in encomium palma victoriæ occurrit, & vox infantium aures suavitate percutit; quippe quàm audientes ex triumpho puerorum vocem, eorum statim laudaverunt laudem. O quàm Ecclesiæ insignes, qui cogniti scientiâ vocis! Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Musica per illos extendâ ad claustra.

Quid indicet in Benedicto & sorore linguæ usus ante tempus

Victoriam de peccato vantant.

In utero exultant.

Ubi sup.

Lani illorū laudata.

Psal. 105. 11.

Claudian. Hanc tamen haud quisquam, qui non cognoverit ante, inveniet.

Idem. Cum matris onus Lucina beatum Soloveret, & magnos praeferrent Sidera partus!

Dicam ex Claudian. in Panegyri. Illorum

Maiores. v. 145. Vita vestra abscondita cum Christo in Deo. In Christo vita, quia per musicam innotebat gratia: & vita abscondita, quia in matris utero cordium audiebat musica. Cum Christus apparuerit, vita vestra, & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ergo corda nostra sursum, ut cum illis cantemus canticum novum: novum sanè illustre canticum ex ore ac vocibus infantium, necdum lactentium. Mirabilia fecit Dominus, dum in his geminis claruit præpropera virtus. Pulchrè pulchra Philomela carmina, apud Favian. Stradam, lib. 2. Prolusion. 6. de fidicine & luscina: Miratur fidicem parvis è faucibus ire Tam varium, tam dulce melos, maioraque tentat. Ex inopinato gravis intonat, & leve murmur Turbinat insorsius, alternatque sorore: Usque adeo & tenses animas ferit amulsa virtus.

Coloss. 3. 2. Eorum vita quemadmodum abscondita?

Psal. 97. 11.

Miraculum infantium necdum lactentium.

DIDASCALIA III.

Magni refert, ferre magna.

SENTENTIA est Novarini in Umbra Virgin. Excurs. 99. num. 913. Gloria enim etiam surgit ex pena; uti ex certamine gloriosa victoria. Unde vel vulnere cicatrices cedunt invite invenustate corporis: magnique refert ferre magna, quippe quæ lata atque perlata, decora. Dicit vel Ethnicus Satyr. 16. v. 57.

Novarini

Cicatrices vulnorum, sunt virtutis testimonium.

Iuvenal.

1. Reg. 1. 23

Gloria surgit è panno.

Senec.

Huc labor æquis Provelit, & pulchro reddit sua dona labori. De matre Samuelis dicitur: Lactavit solum suum, donec amoveret eam à lacte. Cœlum homines quasi ad ubera lactat, dulcedinem torrentis voluptatis demonstrat: sed intendit lactatos ad se trahere, & illos illuc ascendere; quod obtineri nequit sine labore: & quos spe felicitatis lactavit, perfectionibus ab uberibus remonet; ut possint tunc gustare dulcedinem, patientes propter cœlum perfectionem: siquidem amplior in usum dulcedo, ubi vehementior in labore persecutione. Ingens mali pompa est (inquit Stoicus Epist. 14.) ferrum circa se & ignes habet, & catenas & turbam serarum, quam in viscera

Va immitat humana. Cogita carcerem & cruces & oculos & unum & adactum per medium hominem, qui per os emergat, septem; & disfracia in diversis alijis cruribus membra; illam tunicam alimentis ignium & illitum & intexam; & quicquid aliud præter hæc commenta sevitia est. Plus proficiunt: etenim nunquam videbit mundus in casu virtutis casum, sed trophæum. Causa illis vivendi fuit, fortiter mori: dicit Philolophi pater, Sufor. 8. Clara utique ex tot laboribus surgit victoria, qua pro morte immortalis oritur vita.

Marc. Sen.

Virgil. 1. Cor. 13. 12.

Ecclesia militans speculum triumphantis.

Oryen.

Cur eius operationes dicantur æpiguas?

Alapid.

Christus speculum patientiæ & gloria.

3. Vesta olim templum rotundum, in quo ignis perpetuus, cui præerant Virgines, à Numine dictæ Vestales. Solum Deæ sustinebant Leones: boves coronati apponebantur victimæ, & ministri aderant sacerdotes vulnerati. In culmine templi Virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat. Vide Vincent. Cartari in Magna Matre, fol. 152. Vesta ignem caelestem designat: unde Ovid. 6. Fastor. v. 291. canit: Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.

Templum & sacra Vestæ quibus insignibus.

Ovid.

Viva flammæ, qua flagrant corda, est ignis charitatis, de cœlo in pectora descendens; ut in mundo lapidibus vivis efformetur templum Dei, quod fulgeat rusticula divina lux. Leones Apolloli, boves Martyres candidati, ministri (spontè vulnerati) Confessores, inelyta scilicet superantes Virgines, quibus Maestas Domini implet domum, Ecclesiæ Militantis mysticum templum. Unde cum Ecclesiæ decor sit, nunquam satis celebrata, Deipara (à qua maxime Olympi atque mundi gloria) designatur & merito pro coronide Virgo virginum mater in culmine templi. Accedamus proposito. Christus ascendit in montem, ut notam faceret hanc ignotam latitantem beatitudinem. Per labores in monem acclive ascenditur: quò magis audax ascenderit, elevatur: igitur qua videtur facie afflictio; non afflictio, qua ascendens propior est cœlo. Quinam mons hic quò ascendit Iesus, ut novam doctrinam prædicaret, inquiritur à DD. Hieronym. hic inquit: Putamus esse Thabor. In hoc monte transfurgatus est Dominus; ut hominibus suum corpus ostenderet eiusdem naturæ & alterius gloriæ: & in eodem loco gloriæ felicitas demonstratur, quò labor gravis huius vitæ prædicatur; quoniam gloria, quam fugit fragile pectus, absconditur in laboribus.

Cicero Symbulant

Matth. 5. 21

Hieron. Gloria in labore.

Verf. 104

Stat.

Sedal.

Pulchramque petunt per vulnera mortem. Videmus nunc per speculum in ænigmate: inquit Gentium Doctor, quod quidem difficulter percipitur. Visto constat, instrumentum cognitionem stimulat. Si speculum in visionem, inest præsentia lucidæ claritatis; si ænigma, involucri confusions; neclitque Paulus in felicitatis signum, tam ænigma, quam speculum; quippe gloria, quæ in Empyreò quasi longè cogitatur, in Ecclesiæ militante quasi in speculo videtur. Plaudit quæ militat (ambulans per fidem, non per speciem) Ecclesiam gloriosissimè triumphantem: & ut designet in conformationem conformitatem ad cœlos; hic Servator mundi pronuntiat octo beatos. Merita in hacce sebilis vita videntur clara: quasi id ænigmate præmia; quippe gradus ad felicitatem, confusions involucri: igitur dum cogitatio beatitudine lactatur, intellectus contradictione cogitationis amittitur. Planè ænigma, mundi bona missa facere, & habere, ridere & plorare: possessio & simul spes: perditiones & pax: dolor & gaudium, ac denique mundus cœlum: videturque nunc claritas cœli in harum contrarietatum confusione; quoniam quousque adveniat gloria, gloriæ laborum latentis non percipitur ænigma; tunc igitur cognoscent immortales, qui mortales, infelicitate palsa, nonnunquam fuisse felices. Hoc speculum humanitas Christi est: inquit Alapid. Humanitas Christi quæ passâ quæ non passâ. Pertulit gravia & indigna: at gloriôsè in cœlis regnat, per quæ pertulerat. Ænigma est felicitas & infelicitas: huiusmodi ænigmati speculum exponitur Christi humanitas; ut cognoscatur quasi lacitans gloria, occurrens in gloria latva gravaminis pena: etenim in laboribus inveniet felicitatem, cum mortale hoc induerit incorruptionem.

Tom. V.

Hh 2

Ca.

Canit Sedulus, lib. 1. v. 597. Quomodo tunc & statim totius beatitudinis splendor, si tunc maxime de afflictione dolor? Signat mons, in quo gloriosus Iesus. Illam gloriam secum Dominus habebat, sed latrabat. Aliquando Discipulis gravia passuris ostendit, ut in labores blanditans alliceret: dicitque gloriam tunc discipulis laborantibus esse; ut in se videant quod vitam in eius transformatione: equidem quicquid gloriæ in regno celorum lucet, in persecutione pro beatitudine latet.

Apoc. 1. 9.

Ego Iohannes (ait Evangelista) frater vester, particeps in tribulatione & regno & patientia; ut quæ continebat sub umbris Apocalypsis, nota Dei faceret servis. Videtur utique totum paradoxum; dum nullum discrimen inter poenam & regnum. Quodam enim qualeque regnum habet, si tribulationem sustinet?

Beatitudinis insigne in ipsa tribulatione.

Regnum profecto sedes maiestatis, gloriaque faulte sedentis; quomodo igitur tribulationis participi, datur tunc maiestas throni? Occultat nã in tribulationis mundo miserabili sedis maiestatis gloria. Modò non una tribulatio ac regnum; gaudium esset proculdubio futurum: signatque regnum celorum coram ut patens, dum tribulationis particeps; quippequam beatitudinis insigne in ipsa tribulatione. In patientia addit, ut regnum ex persecutione demonstret: equidem si Regis regniq; insignis coronas laboribus ac passione efformatur a patientia. Causam promit Apostolorum Princeps. Gaudete (inquit) communicantes Christi passionibus, ut in revelatione gloriæ. Sequitur tristitia dolorem, in mortificationem carnis: gaudium verò beatitudinem, ex participatione celestis operati luminis: gaudiumque patet in passionibus, quæ affligunt; quippe passionem in mundo uti gloria revelantur. Hinc

1. Petr. 4. 13

idem dicit: Postiores glorias. Est gloria in celo, & etiam est gloria in mundo. Hac prior, illa posterior: posterior in beatitudine, quia prima in tribulatione; & quæ servatur virtute passuris, designat Petrus uti glorias posteriores; quoniam completæ in celestibus, quæ gloriæ revelantur in ipsis persecutionibus. Inchoatur gloria in hac vita per ictus & vulnera adacta. Alia in Celestibus completa æterna felicitatis.

Cap. 11. 11

Merces hac sanguinis atque laboris. 6. Assertor N. uti novus celestis in terra homo, nova mandata dedit mundo.

Iuvenal.

Mundus non cognovit, & felicitatem ab illo signatam rider. O insaustra conditio, quæ nec sapit, neque respicit malo!

Lata malo, nimiumque potens, perituraque amantia. Obsequio. Alia à Christo designatur in felicitatem semita: cæcis voluptatibus ignota; ut homo non pereat, sed vitam æternam habeat: equidem dum videtur oculis insipientium miserè mori, tunc vel-moriens, feliciter est in pace; quia dum perit, videt occultam illudusque miram gloriam, quam mundus infans estimabat infamiam. Octo gradus felicitatis signat mundus, uti alibi dixi ex Aristotele, i. Rhetor, cap. 5. Christus sese gerit ut Sol iustitiae.

Vita etenim nostræ veteri in vitis enutritæ, contrarrietatem opposuit novitatis suæ; ne uti caneris videatur iter rectam, devium prorsus & in præcipitum: Iccirco Salomon inquit: Dedi cor meum, ut scirem errores & stultitiam; & quærens in mundo miserabili gloriam: igitur intendens in vanas, futiles felicitates, sese dedit præcipitem & stultum in errores. Unde quæ carnis apparebat lenocinium, in exitu voluptatis stultissimum gaudium; ut constaret qualia gaudia, quæ vel cupienti atque saturo videbantur stultitia. Bona mundi divitiæ & opes. Bona veras & persecutio & pauperies, quippe vera bona cæli & bona in celum. Ita proponitur: Beati pauperes: etenim in cæli divitiis, non divitiis, sed voluntaria paupertas. Beati in mundo iudicantur qui potestate iniuriarum ultores; sed nesciunt felicitatem, quia Beati mitis. Inter cætera secularia bona, signatur vita iucunda in hilaritatem duntaxat Beati qui lugent. Corporis commoda mundani inter delicias ostendant; cæterum verè Beati, qui esuriunt & celum sinit. Haud homines eiusdem conditionis cognoscunt homines pauperes; sed se & illos cognoscunt Misericordes. Beati in mundo censentur ex prolis fecunditate: Beati prorsus ad celum, qui mundo corde. Inter glorias deauratas celebratur virtus in contentionis certamine: gloria falsa; quia solum Beati pacifici. Denique asstantur ut felices, in alios per fas & nefas exercentes potestatem: verum profecto Beati, qui propter iustitiam patiuntur persecutionem. Illa bona mundi: en in mundo bona cæli. Sol

Ovid.

Octo mundi beatitudines.

Orven.

Eccl. 1. 17.

Felicitas mundana labor & error.

Offa beatitudinis specie infelicitatis, & his opposita.

Sap. 3.

Gaudium cæli verum gaudium. Seneca.

Matth. 5. 1. Luc. 6. 17. 20.

Mundi examen ascensus in perfectionem.

semper rapido currit contrarius orbi. In mundo habentur qui vere beati, in similitudinem improperij. Non demonstrent improperij veritatem, sed eorum similitudinem; quoniam vitæ cælestis vera permansura gaudia, quæ illis stultis videbantur improperia. Illud gaudium quod Deos, Deorumque æmulos sequitur (inquit Seneca, Epist. 59.) non interrumpitur, non desinit: desineret, si sumptum esset aliunde: sed quia non est alieni muneris nec arbitrij, quod non dedit fortuna, non eripit. Oppositum iter habet gratia, quod carpit fortuna. Felicitas mundi infelicitas est: infelicitas averfa, dextra ascendentibus fors: igitur usque in celum pervenitur infelicitate felici, mundo arbitrate, usque in ima descendere.

7. Occurrit celebris Antilogia. Matthæus, cum Christus ascendisset in verticem montis; altruit octo exposuisse beatitudines: Lucas verò asserit protulisse, cum descendisset de monte. Descendens stetit in loco campestris: & elevatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, &c. Varia dicunt Expositores, & vicissim contradicunt: verum, ni fallor, expositio facilis. Bis igitur, semperque discipulos alloquens, beatitudines expressit. Semel in monte sedens, & illis solis: deinde coram omnibus, cum de monte descendisset: sic verum utrumque. Ergo in tropologiam. Cur ergo à Luca descensus Christi & assecularum describitur, & ab alio Evangelista ascensus e contrario designatur? Matthæus describit, quod videbatur discipulis Salvatoris: Lucas verò quod videbatur turbis. Quod Salvator loquebatur, discipulis placebat, uti gloria: turbis autem displicebat ut ignominia. In hoc mundo felices haud contemplantur ascensum, quod erat summum perfectionis fatigium: videntes propter elevationem virtutis, & videntes plenos laboris, arbitrabantur descendere, imò ignominiosè cadere: & quod mundo uti descensus videtur, tanquam gradus & scala in ascensionem exponitur; quoniam descensus, in probra & abiectionem proclivis, est ascensus & volatus in cacumen perfectionis. Mundus non sequitur beatitudinem, sed beatitudinis fucaram speciem. Considerat in voluptatibus rosam, non delictiarum spinam, ita cacutiens in & ex affectionibus, ut delicias putet amens esse sub sentibus. Passionem præ dolore non noscit, nisi passionem; cum passio doloribus disponat felicitatem: equidem

ita nexus felicitatis cum doloribus acerbitate passionis; ut una ascendat in gloriam: quilibet procedit in persecutionis poenam.

8. Iamiam passurus, amore libertatis generis humani allectus, cuius redamationis enixim satagens, dixit post ceenam Iesus moestis discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis aliquè, quia vado ad Patrem. Q. d. subdit Alapid. A miseria & contemptu vado ad divinam felicitatem, exaltationem, honorem & gloriam. Difficile prorsum, cum vadat ductus amore in patibulum, in flagra, in acerba tormenta, in mortem & mortem crucis: quomodo igitur vadit in honorificam gloriam, ut exaltetur culmine felicitatis? Quia in huiusmodi acerbitate poenarum latet gloriæ gaudium plenum. Honor, beatitudo & exaltatio, in exaltatione, felicitate, honoreque videtur à mundo. Miserè specie sensibili fallitur, quippe specie non videtur, ubi in advertis absconditur. In cruce patebat dedecus ignominiosa passionis: in Patre micabar exaltatio humanitatis: vaditque Christus in honorantem Patrem, procedens in æternam & in passionem; ut mundus cognoscat ubi vera felicitas, & felicitatis falitas: equidem vera maiestas in abiectione, honor in humilitate, exaltatio in dedecore, gloria in poena, felicitas in æræna. Ad gloriam iter est, quando proponitur crux: igitur si in cruce acerba cuncta crucamina, in dextera Patris honorifica gloria: ex cruce enim gloriosè exaltavit filium; quippe per crucem iter patulum in celum. Haud Christus dixit, per crucem transire ad Patrem; sed adire Patrem, ascendens in crucem. Primum erat, post triumphum nancisci premium. Secundum, premium abscondi in ipso eracis certamine: & connotans meditantem tormenta crucis, dicit ascensum ad Patrem; quia honor futurus in maiestatis sede, occultus latebat mirè in ipsa crucis passione.

9. Instat eodem sermone in cognitio nis propositum, instruens illorum animum, ut sequantur exemplum. Pater (subdit) quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum; ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Cuncta sane nodis plena, sed delicanda. Sui cum illo sunt, & ibidem, ubi est ubi est, & secum habet, claritas à Patre sub habitâ sanequam videri nequit; maxime procedente illo in passionem: quam ergo

Iohann. 14. 28. Alap.

Que videtur passio, est gloriosa beatitudo.

In cruce gloria.

Cap. 17. 4.

go discipuli à genitore datam sunt visuri claritatem? Non dicit, Ubi ero, sed Ubi sum (inquit Caetan. hic) significans felicitatem à loco. Est enim sensus: ut in qua felicitate sum ego, in eadem beatitudine sint mecum felices. Intendite. Cælum est felicitatis locus, passionis mundus. Si Christus mortem tunc passurus in mundo, quo pacto illotunc erat in cælo? Ex claritate felicitas: & in ipsa passione signatur eximia claritas; quippequam tota claritas gloriæ in ipsa patiende cruce. Volebat Magister celestis felicitatem communicare discipulis: claritatemque designat cuncta tormenta passionis; quoniam si ex claritate cognita celestis gloria, latebat prorsum amplissima inter tormenta. Secum desiderabat habere in beatitudine, quos secum habebat ex foecierate. Secum habebat, & secum in gloria non habebat, quousque pro illo paterentur: & passionem passuris proponuntur sub nomine claritatis; quippe gloriam ignorabant, quæ latebat in tormentis. In mundo est, alloquiturque dilectos, quasi in mundo non sit. In peccatorum acerbitate totum pondus inest gloriæ: & mundum ubi est, & patitur, non dicit mundum, sed cælum; quoniam si in cælo beatitudinis claritas, gloria coruscet per illas penas.

10 Ut videant claritatem, quam dediisti mihi. Quæ data claritas? Data à Patre claritudo, per crucem erat totius generis redemptio; diciturque quasi in summa plenitudo paternæ claritatis, pati ac mori in ligno crucis; igitur ibi totius celestis claritatis gloria, ubi mundo videbatur plorabilis ignominia. Ut per passionem videant. Contraria sanè: sed minime. Ut videant, & veram beatitudinem cognoscant: etenim si cordi est felicitatem videre; cæli claritas & gloria revelatur in passione. Ubi ego sum: dicit Christus: idest, ubi mox iturus. Adifis Agustin, tract. 111. in Ioann. Significat felicitatem à loco, & simul obijcit crucis passio: presentem dicitur nunc, ubi mox futurus est; quia si futurus in gloria & futurus in cruce, idem profectò æternæ felicitati: quandoquidem nihil discriminis inter gloriam in cælo, ac passionem in mundo; nisi quòd in cruce occulta, & in cælo claritas ex passione manifesta. Ubi sum ego, ibi discipuli sunt. Alibi sanè designat locum, dum ascetas habet secum. Gloriam notar, ubi est, alibi obisset futura crux; etenim si habuerint in

Caetan.

Et gloria claritas.

Gloria summa ex summa pena.

In qua occulta claritas & felicitas.

mundo crucem, cæli simul habebunt felicitatem.

11 Dicit discipulus dilectus, quàm iam in astra ascendisset Christus. Sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Absurda videtur apodosis, dum Christus regnat in celestibus gloriosus, & Ioannem habet miserabilis mundus. Si in mundo Ioannes est, non ergo erit sicut ille, qui tenet culmina cæli. In cælo est gloria, non passio: si patitur Ioannes hic, quæ erit species ut Christus in cælo est? Quippe patitur: Christoque regnanti perfectione confertur; quia qui patitur in mundo, regnat gloriosus in cælo. Verùm quomodo, si in gloria non datur nociva passio? Sanè cum Deus abstergerit omnem lachrymam, qui in cælo nullam possunt pati penam. Non est clamor, neque dolor. In cæli fruitione non est pena, sed in mundi pena est gloria: Ioannesque patiens in mundo est sicut Christus in cælo; quia Ioannes habet gloriæ splendorem in peccatore, quem Salvator toto corpore. Claret. Sicut ille est. Syr. Sicut ille fuit. Sicut ille fuit, ita & nos. Sicut ille fuit, & nos sumus. Sicut? Ita. Glorificamur, cum passionem sustinemus. Sumus sicut ille fuit in corpore, vel mortificatâ carne, ut in ipsa micet occulta laboris claritas, & cæli tora felicitas. Unde licet prærens crux, fumus sicut ille carne passibilis fuit; quoniam dum Christi corpus in acerbissima pena, erat anima carnis in summa gloria.

12 Modò intelligitur testimonium obscurum Doctoris Gentium. Omnes qui dem resurgemus (inquit) sed non omnes immutabimur. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quo pacto dum corpus in resurrectione assumitur, Paulus immutabitur & non immutabitur? Per gloriam fiet immutatio: cur igitur nulla in Paulo, si gloriosa resurrectio? Quia pridem obtinuit per tribulationis crucem, quod post nactus per carnis resurrectionem. Fit carnis, seu corporis immutatio, quoniam gloria carni conceditur; Paulusque resurrecturus verè immutabitur & non immutabitur: immutabitur, quia gloria in carne apparebit: non immutabitur, quia ante gloriam habuit: etenim surgentis in portione apparebit terræ, quæ gloria in carne viventis oculo batur in anima. Uterius: Si consurrexistis cum Christo, alibi dixit. Ecce nodus. Quomodo Omnes, resur-

r. Ioann. 4. 17.

In cæli gloria non pena: sed in mundi pena est gloria.

Syr.

1. Cor. 15. 51.

Et gloria in gloriam.

Coloss. 3. 1.

urrectione factâ, resurgemus? Non est post resurrectionem resurrectio, sed est gloriæ declaratio: igitur cum in resurrectione corpori donetur gloria, illudque patiat pro Christo in mortali vita: quando passionem ac dolorem gloriôsè sustinet, est illi quasi surrexerit. Hinc eius gloria confertur resurrectioni: quia gloria superventura latebat in eius carne, superventura. Venit utique, si superveniet: aliter non esset Super. Quasi intus iam manens, sed nondum apprens, inquit Bernard. de Precepto & dispensat. cap. 20. num. 60. Superveniet sanèquam, & habetur, quoniam in resurrectione revelabitur. Perspicat textus. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite. Si ex resurrectione emanat gloria; gloria quæ sursum, tantum querenda. Hæc abest quæ deorsum, homo iam possidet. Quam ergo gloria deorsum, & gloria sursum? Eadem cæli, quæ in carne, est discretæ à status mortalitatis conditione. Gloria sursum est frui, deorsum gloria, summa pati. Sursum, dum gaudet; deorsum, quandiu corpus sustinet: etenim quæ gloria sursum micabit resurrectione; eadem deorsum abscondebatur in carne.

Bernard.

Ibid.

Quæ gloria sursum, & gloria deorsum.

1. Tim. 4. 8.

An maior gloria gratiamerendi?

Rom. 5. 3.

Arat.

Exod. 33. 13.

Verf. 17.

Gratia promittitur, dum ostensa gloriæ poscitur? Cum gratia sunt multæ crebraque possidentis anxietates: longè à gloria vel nomen tribulationis. Cur igitur si à Moyse petitur gloria, à Domino conceditur duntaxat gratia? Ut à poscente habeatur gloria plenissima. Gloria quaritur in fruitionem; gratia in dilecti charitatem. Gloria in felicitatem videtur: gratia in fidem & charum pignus amoris. In gloria dilecto diligens fruatur; in gratia pro dilecto diligens patitur. Gloria plenissima est, quæ & acquiritur meritum, & non expellitur gaudium: unde pro gloria, patienti contertur gratia; ut sit plenissima gloria: equidem si plenior, posse pati, quam posse frui; plenius accipit quod petit. Plenius utique Moyse fruat, quod sub nomine gloriæ denegatur: igitur plus in beneficio maiori, ex ipsa gratia data gloria merendi. Haud alia de causa Dominus mulcens servum, & cedens voluntati & voluptati; Ego (inquit) ostendam omne bonum tibi. Bonum utique gloriæ; verùm omne bonum gratia: etenim in gloria gratia, passionis meritum invenitur in mundo, quod dono gloriæ non invenitur in cælo.

Cur plenissima in gratia?

Patientia vna cum Victoria.

Cur labor dicitur catena calcata?

Achill. Bocchi.

Vincula pro Christo iuvant.

13 Dilucidat ingeniosè Achilles Boechius Emblemata. 49. depingens unâ & Victoriâ & Patientiam; equidem homo nisi ex gratia per patientiam, haudquamquam in cælo naucceretur victoriâ: daturque maior gloria in ipsa gratia; datur patientiæ favore, in vita mortali pro immortalitate vite; siquidem simul conceditur pati posse, & posse frui. Haud paver patientia stridor catenarum, quæ tractivus gravioribus ampliore efformat triumphum. Catena eminet & imminet, sed unde & qualis catena! Quæ appensa collo, etiam est appensa cælo. E cælo descendit, cum patiens colla summittit. Succinit qui dudum ibid. Hoc tibi dulce iugum est: iuvat huius mea subdere colla, Aurea quod cælo missa catena regit. Si catena iuvat, minime pondere gravatur igitur nullam quit habere ex pondere gravitatem; cuius pondus in dulcedinem. De doloribus causarentur qui nescient gloriam, duntaxat sentientes dolorum penam: verim qui gratiâ patientur, quæ sentiunt, minime sentiunt: etenim catena de cælo haud datur, ut collum opprimat; sed ut corda sursum regat, & quod pendet illa dirigit. Iuvat onere: affigiturque cælo, ne qui pressus possit cadere: quan-

quandoquidem longè distat à lapsu, qui inter catenas patiens figitur caelo. Plus hic spiritu alligatur, quam ferro supprimitur: igitur quod videtur collo vinculum, trahit patientem usque in caelum. Senec. Ferte fortiter (dicam ex Seneca, de Provident. cap. 6.) hoc est, quo Deum anteceditis. Ille extra patientiam malorum est: vos ultra patientiam. Nil mirum, si ultra patientiam feruntur gravia, quod in caelestibus describatur victoria.

16 Vidimus catenam, sed nescimus qualem, in oppressi beatitudinem. Stanti in mundo mittitur catena de caelo. Catena sanè decoris, & in signum certaminis precio & acceptione iudicis: siquidem par erat, quod à Christo acciperet solidè auream, qui pro illo mortem usque tulit ac pertulit ferream. De Agrippa refert Ioseph lib. 19. Antiq. cap. 5.

Catenam auream à Caio donatam, pondere parem illi ferreae, quae regias manus vincerat, monumentum adversae fortune mutata in prosperam, suspendit in Sacratio. Si qui crudelis, gratus divitiis velut effudit pro amicis; quid pretermitteret Imperator caelestis? Nec oculus vidit, nec auris audivit, quae bona de diligentibus in Empyreo preparavit. Sempiterna sunt, secunda sunt, plena sunt: ait Angel Doctor in Psalm. 5. Quam dilecta! Quam diligibilia! Crucius, in Psalm. 83.

Conficienda tui quam sunt tentoria tēplū. Etbereas alacri vix fero mente faces. Par pari reddit, qui cuncta fecit in pondere? Minime. An quod in mundo ferreum, erit aureum? Ultra procedit, quod nescit nisi qui & videt. Pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna, inquit N. Venerabl. Beda, serm. 18. de Sancti. Magni nostra interest, ubi Gloriosus Benedictus moneri Persecutiones pro iustitia sustinere: cap. 4.

Regul. S. instrument. 33. igitur magna in caelo glorificatio, quae videtur gravis in saeculo perfectio. Festinemus ingredi in illam requiem, etsi per ignem; equidem cum magni sit, pro Chitto terre magnas suscipiuntur ab illo maiora, qui ob praemia nostra ex patientia laboris.

Iuvenal. Tormentis gaudet amantis.



DIDASCALIA IV.

Locus non sanctificat hominem; sed homo locum.

1 A It Gratianus, Distinct. 40. cap. Multi. In professores perfectionis invehitur, fallentes semetipsos, quasi species perfectionis constitueret perfectos; cum constet omnino defecere à pretiositate veritatis, ubi duntaxat ex faintatatis habitu futilis micat species.

Quod extra verum, falsum est.

Inquit Menand. in Hymnis. Opus astruit, unde verus aut falsus innotescit: igitur instituti deficienti opere, quo veritas confirmatur instituti; arguetur vel rutilo vel fucata, infidiosa falsitatis; quicquid extra veritatem inseritur perfectionis.

luxta Angel. Magistr. 2. 2. quast. 186. D. Thomy artic. 1. Religio est status perfectionis acquirenda. Ergo ubi in statu non acquiritur perfectio, duntaxat habitus erit apparet Religio: Religioque tantum ex apparentia, non Religio sed figura. Ex pristinis moribus nihil abijciunt (ait Prosper Aquitan. de Vita contemplativa) quia scilicet non mutantur mente, sed veste, non actu, sed habitu; non opere, sed sermone. In Religione enim seculariter vivunt; opinionem virtutis pro virtute quarunt; predicant magna, nec faciunt: accusant vitia, nec deponunt; & publice sibi displicere simulant, quod occultè committunt. Unde cum apparentia sit falsa, & virtutum specie dearentur vitia; dum vident, dum rutilè florent, sunt quod sunt, & non quae apparent.

2 Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte: dicitur de genitrici Samuelis. Aliter contingit in saecularibus Monachis, servantibus saeculo fidem, ac foventibus vitia per Religionis speciem; de quorum omnium miserrima conversatione, melius silere, quam loqui: ut insit SS. Gloriosus Patriarcha N. Regul. Sancti, cap. 1. Illa lactat, quousque ab ubere removeat: hi etiam lactati, sunt ab ubere remoti: equidem cum separent vitia, quantumvis addit corpus intra claustra; apparent habitus specie Monachi, quia separentur ad luctum, etsi lactentur à matre. Appositus. Est duplex apostasia, mentis, seu voluntatis, & etiam corporis. Corporis, dum à matre separentur: voluntatis, ubi

Senec.

Ioseph. Catena Agrippa.

D. Thom.

Cruc.

Beda.

S. Bened.

Iuvenal.

Menand.

Virtus apparentia est virtutis.

Prosper Aquit.

Perpera in Religionem vocatis.

1. Reg. 1. 23

S. Bened.

Qui Monachi apparent

ubi

tibi perfectionem fugiunt. Monachum constituit perfectio, & non corporis lactatio. Constituit opus, non habitus: & quum habitu religiosos se dicunt, sese specie Religionis fallunt; siquidem minime Monachi, quia sunt cum matre. Locus haud sanctificat, sed virtus locum illustrat; ut nequaquam quia in habitu & monasterio, Monachi celebretur constitutio. Neque enim Philosophos (inquit Platarch. de Iside & Osiria.) promissa barba, dea & lana facit; neque stola linea Isiacos & rasura; sed circa Deos praecpta. Non formantur loco, aut habitu: ab his signa, non perfectio, quae pendet tantum ab animo: etenim cum in virtutis habitu solum fermentur virtute; Monachi erunt, quandiū fuerint Monachi.

Platarch.

S. Bened.

Qualis nutritio Novitiorum & quorsum

V. 24. & 25

S. Bened.

3 Cuncta quasi in exemplari in Samuelis videntur dedicatione, tam ex cura genitricis, quam ex indole lactentis. Lactavit filium Anna, donec à lacte amoveret, ut quod voverat constaret; quo inquitur, quale ad Religionem in magisterio infantium debet esse propositum: igitur post lactationem à se removet, quem animatus diligit; quippequam minime nutritur in disciplina lactatione sibi, sed duntaxat Religioni. Senior ei talis deputatur (subdit Gloriosus Benedict. d. cap. 58.) qui aptus sit ad lucrandas animas: hic scopus, & hoc opus, dum amotione traditur Religioni, quem lactavit ubere disciplina: siquidem praedelijs, anima non obtineat salutem; modo lactaretur infans duntaxat à lactatione. Lac à matre accipitur, ut nutriatur: non nutritur, ut lactetur: equidem cum in ardua, asperaque debeat tendere, qui in Dei obsequium mancipatur Religioni; minime accipiendus, qui ingreditur ut nutriatur, nec nutritus ut lactetur: quippequam qui lactatur ut lactetur in Sanctuarium, tantum nutritur in corruptelam morum. Hinc mater convivium celebrat, quum filium à lacte amandat: ut cui dicaverat, offerat. Summ habitus, quousque filius nutritione proficeret; quippe soli haud relinquendi religionis infantes, quousque consent in virtute validiores. Foris vel ubi ubi, custodiam habeant, & disciplinam, usque dum ad intelligibilem aetatem perveniant: monet idem SS. Patriarcha, cap. 63. Secum habitus, quousque Domino obtulit; ut fieret religiosus, qui ad Religionem lactatus: igitur perperam proficeret in virtute, ni amoveretur à matre. Quod sit à natura pro formatione hominis, debe-

mus exequi in formationem virtutis. In utero formatur in hominem factus; ibique existit, quousque perfectè formatus: ut appareat in hominis perfectione, necesse est quod expellatur à matre: etenim haud perfectus exiret, si mater retinet. Nunquam cum matre Monachi apparebit perfectio; sicut nunquam cum matre videtur homo. Hoc disponit conditionis necessitas, machinatur illud prope prava in delicias; quia Monachus secum saeculum retinet, quod oblivisci promissit: materque à se amovet, quem Deo lactavit dicatum; ut instruat in perfectionis professionem Monachum: igitur quod in seculo signat informationis speciem, in Monacho demonstrat virtutis de-formationem.

4 Anna filium lactat & dedit; sed dum Sanctuario offert, Heli dicit: Ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus. Plura dicta à n. 31. in Exposit. Liter. aliqua occurrunt in ornatu Didascaliae. Ego commodavi: inquit. Quo pacto si Domino tradidit? Quia Domino obtulit. Amori matrum videtur, addictos Religioni, filios amittere; quod falsum ostendit Anna in filij dedicatione. Unde dum cedens dedit, filium duntaxat accommodat; quippe tunc potius parentes filijs potius, quum in Domini obsequium libenter offerunt.

Omnibus diebus, quibus fuerit commodatus. Q. d. Sanctuario dedito omnibus diebus, quibus fuerit in Sanctuario. Hoc ad me spectat ex voto matris: ad filium aliter, intra respectu Religionis: equidem cum Deo dicatum non faciat sacer locus, sed Religionis observantia & perfectissimus cultus; si abfuerit cordi Religio, erit sacer & non erit, etò adsit in Sanctuario. Erit dicatus, cunctis diebus quibus fuerit. Potest non esse, etsi fuerit dicatus: igitur si observantia perfectionis constat religiosa vita; non erit religiosa sine observantia. Non est perfectio, ad habitum perfectionis dedicatio; quippe tunc solum perfectionis species, sine specie perfectionis; diciturque iure Deo dicatus cunctis diebus, quibus virtute apparerit Deo dicatus; quippequam non pendet sanctitas ab ipsa dedicatione, sed ab exacta observatione observantiae. Monasterium sanctum est, quo virtus plurimum fulget & illuminat: verum locus non sanctificat; nisi exercitio, studioque virtutis, in anxietatem acquirenda perfectionis; in Religione ac Sanctuario Monachis

Omnia secularia relinquenda.

Verf. 18.

Parentes dum filios dedit, non amittunt, quippe comamendant.

Observantia Monachis constituitur.

chus profectio stabit, cunctis diebus quibus Monachus iterit; quoniam in Sanctuario duntaxat Monachi tempus, totum tempus, quo instituto fuerit Monachus.

5. Monachi officium est, non sequi virtutis opinionem, sed virtutem: non habitus gloriam, sed habitus observantiam: non magna predicare, sed perficere: non tam accusare vitia, quam depone- re: non mutari veste, sed intentione: non de caelo magna loqui, sed de virtute in virtutem illuc ascendere: equidem velut Ethnicus inquit, 1. Astron. cap. 1. à V. 14.

Eius officiu

Manil.

Iuvat ire per ipsam Aera, & immenso spatiantem vivere caelo; Quod solum novisse parum est. Parum, quoniam haud iuvat tantum no- ritia, sed opera conducentia, quae in gloria scanditur, saeculum proicitur, virtutes continentur, vitia deploduntur, dignitates amandantur, honores evanescunt, abiectiones eliguntur, quo corpus in claustrò & mens in caelo. Alia quid & quorsum?

Senec.

Regnam Troia, quocunque volet, Fortuna ferat.

Et propo- tum.

Hac, non habitus Monachus constituit: & viventi in Sanctuario constabit habitus, quandu fuerit Monachus. Monachus cum vitij saeculi, est saecularis in habitu Monachi: unde Monachus ne fit saecularis, consulere debet institutione perfectionis: quippe ni habeat perfectionem, nil refert habere vestem.

Luc. 22. 36.

6. Sator N. commendans discipulis al- tiore, passione propinqua, quia ita oportuit pati, & in propriam gloriam ingre- di; dicit illis: *Qui non habet, vendat tuni- cam, & emat gladium.* Quorsum gla- dius, maxime dum ab illo inhibitor pal- lam usus? Ut minime exerceatur in hostes vite, sed in inimicos animae; qua de cau- sa venit in mundum, non pacem mittere sed accipere gladium. Gladius hic metaphorice est, in vitiis, vel imper- fectionum amputationes, deturpantium maculis tunicam in statu sanctitatis; cum coherere debeant vestes & mores. Iam in schola Christi erant, cuius insignia etiam habitu portabant: & ubi ex habitu & instituto designatur perfectio, Salvator monet de gladio: quoniam parum refert gestare tunicam sanctitatis, sine gladio ac ferro acuto in superfluitates cordis.

Verf. 38.

Hand sint discitiores mores & vestis.

Hand aliter Monachis loquimur, ut ope- re adimpleant quod profitentur. Tunica habitum signat, ostendentem status

speciem, & induentis perfectionem; ut iuxta observantiam perfectionis vivat, qui in habitu sancto signa perfectionis gestat. De professione gloriarì, & vitij vivere in status maculam; est habere duntaxat Monachi tunicam: gladiusque copulatur, quàm habitus Religionis induitur; quippe nequaquam astruitur statu venerandus sanctitatis, colore tantum pretioso & habitu Religionis. Ex animo constat perfecte religio, habitu- que religionis pra se fertur professio, qua omnino evanescet sine gladio: etenim cum status exigat perfectionem in altiora, & quousque caelum tangatur, semper ultra; tunica & gladius sunt penitus neces- saria: tunica, in demonstrationem Apo- stolici instituti; gladius, in ostensionem atque signum observantiae: quandoqui- dem ut habitus habeat splendorem sancti- tatis, non solum vitia, sed etiam refecan- da imperfectiones. Penderis: Qui ha- bet tunicam & gladium, bene est. Res- pondent extima & intima in Apostolica schola: at qui non habet nisi indumentum in status signum; acutum vendat, & pra- tio disponat gladium. Gladius prior quam vestis? Prior utique in schola vir- tutis: igitur si sine gladio, vitia prava- lent, & in veste splendida abstruse latent, pra Religionis habitu in perfectionis scho- la, Monacho satius erit habere amputata vitia.

7. Hinc Seneca, de Vita beat. cap. 2. in- nit: *Non enim colorem vestium, qui- bus praetexta corpora sunt, aspicio: oculis de homine non credo. Habeo melius cer- tiusque lumen, quo à falsis vera distilla- tem: animi bonum.* Quid ex veste, sine bonitate animi? Haud credendum lumi- nibus, sed operibus: igitur animus ne- quam, quid ad professionis tunicam? Sine gladio est vanitatis ambitio, & profesio- nis expulsio: quandoquidem quum vitij virtutum abstulit tenor, tanquam in veste non inest nisi perfectionis color. Hercules tollere mala Hesperidum non potuit, quousque draconem fagitis iteratis in- terfecit.

Bella per omnia, Monstris exagitit caeliferam manum, Serpents refecit colla ferocia: Deceptis refert mala sororibus, Cum somno dederit pervigiles genas, Pomis divitibus praeposuit Draco. Dicit idem in Hercul. furent. à v. 526. Draco antiquus invigilat, ne Monachus aurea poma caelestia pugnando carpat.

Monachi signa vitia suffocata.

sed stet habitu bellatoris, quin in vota utatur collatis à caelo telis; vestis specio- sa fallacia, ut frustrentur in usum profes- sa vota: unde gladij praeficans iungi- tur acies cum habitu professionis perfe- ctionis; quoniam non virtus, quin in de- formia Monachus utatur ferro, nec bona celi pretiosa, quin interficiatur draco. In huncine estimabilem statum quiqui eliguntur, vocantur ut iustificentur. Sine iustificatione quorsum vocatio? Iustifica- tio est erectio. Haud moram rectitudo nisi per impletam legem; quippe non recti, qui vocati duntaxat in vocationem. Vocatio ex habitu constat, sed non iustificat: igitur non Monachus ex habitus vocatione, sine habitu rectitudine.

Luc. 13. 12.

13.

Et in voca- tionem au- ris prom- pta.

Greg. Mag.

Quae vera vocatio?

Idem.

Cur qui in rectitudinis statum vo- cari, non erecti?

8. Vidit Salvator N. mulierem cur- vam, & ad se vocavit, ut sanaret eam. *Vocavit eam ad se, & confessim erecta est.* Mulci curvi, quia non vocati: verum mul- tier respondit promptissime vocationi: igitur ut Deum audivit vocantem, confe- ssim processit in rectitudinem. Quod huic formine contigit in labili corpore, usave- nit Monachis in docili aut prava mente: equidem cum status rectitudo sit in perfe- ctionis leges, & curvitas signet vitia seu im- perfectiones; alij vel voce levi, oppido- quam respondent vocationi: sed alij pra- vi, & facta vocatione, sunt magis curvi. Vitia inclinant animum, ut in illa cur- ventur Monachi, quasi vocati non essent, nec erigi possent. *Alius de honoribus, alius de pecunijs, alius de praediorum ambitu cogitat* (ait Gregor. Magn. Homil. 31. in Evangel.) *Quo quando mens talibus impli- catur, ab status sui rectitudine stetit.* Hi vocantur, sed nequaquam eriguntur, decepti omnino foris vitij ex habitu perfe- ctionis: etenim virtutem arbitrantur virtutis vestem, & nequaquam virtutum ex habitu rectitudinem. Nequit esse rectus, qui prorsus in vitia curvus. Sunt recti qui recti corde, consummati status leges; haud qui sub larva speciosa legis, saeculi, ex quo vocati, pravissimos tovent mores: unaque proponuntur ad virtutem voca- tio, ac vocatorum erectio, ut constet vera vocatio: equidem nihil habent propo- site rectitudinis, qui in perfectionis statu sine statu perfectionis. In textu liquet pra- varicationis causa, unde illorum anima nunquam vocatione erecta. *Vocavit ad se.* En intuitus vocationis divinae; ut in vi- tia curvæ, in caelum illicet erigantur ani- mae: & quos ad se vocat Christus, vocati sed non erecti; quia dum vocantur caelo,

vocantur sibi, saeculi iniqui conservantes vitiis pravitates, in quas intensius propen- dent sub habitu Religionis. *Vocavit ad se.* Vocatam asserit, sed venisse feminam Evangelista non dicit. Per vocationis ef- fectus perspicuo cordis innotescunt mo- tus: dicitur formine erectio, dum Salvato- ris praesignatur vocatio, quin necessarium, indicare venisse; cum constet ex rectitudi- ne respondisse vocationi.

9. Miraculum contempletur. Femina nam ad se vocabit, sed mirificum reme- dium in erectionem exhibuit. *Imposuit illi manus* (dicitur) *& confessim erecta est.*

potest erigi sine impositione manuum? Si impositio necessaria, non sufficit manus una? Nullo modo: utraque necessaria, ut fiat erectio. Per digitos manus utriusque, praepcepta designari decalogi, diximus Tom. 4. T. 4. D. 5. n. 10. manulque Christus su- per curvam imponit, ubi in status recti- tudinem vocavit; quoniam in vocatione, status haudquaquam obtinetur rectitudi- nis, sine totius adimplerione legis. In Monachatu non fit legis observantia, quippe progredi debemus in ulteriora, igitur a professione est status perfectionis acquirenda; quam non nanciscitur sacra vestis, sed eximia, singulares operationes; confestimque demonstratur femina voca- ta erectio, quum in rectitudinem utrius- que manus dicitur impositio; igitur recte vivere curvos, iudicium vanum, sine ulla adversus impulsus observantia man- datorum. *Imposuit manus.* Utramque, in signum vitae ex vocatione perfecta. Non unius aut alterius praepcepti sufficit opus, ut Monachus vivat rectus. Lex tota suppo- nitur: adimplendum etiam quicquid à li- bera voluntate vocetur. Supra legem plus & plus, quippe ad Monachi erectionem non sufficit totalis. *Quid ergo* (subdit Se- neca, de Vita beat. cap. 16.) *virtus ad vi- vendam beatè sufficit, perfecta illa & divina? Quid enim deesse potest extra desi- derium omnium positio? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiam si multum pro- cessit, opus est tamen aliqua fortuna in- dulgentia, adduc inter humana laetanti.* *Quid ergo interest, quod alij alligati sunt, alij adstricti, alij districti quoque?* *Hic qui ad superiora progressus est, & se alius extulit; laxam catenam trahit, non- dum liber. Si necdum liber, imò catena- tus, qui in superiora progressus; quo- modò erectus gloriabitur, qui terrenis ligatur, imò distringitur? Absurdè extol- lit sancti status rectitudinem, servans*

ibid.

Tota lex in perfectione.

Et consilia supra legem.

Seneca.

corde in terrena curvitate: igitur qui perfectus nil in actis credit actum,

Lucan.

Dum quid superesset agendaum.

10. Femina erat curva, & deorsum inclinata, ut caro in terrena prona. Ad se vocat Christus, vocationeque videtur mirabiliter erecta. Carnis aegritudo fragilitate comite, cordeque gravi, rationem deorsum inclinat; ceterum mulier vocata rectitudinem conservat. Hoc est monachi veri exercitium, & vocationis propositum: igitur nequaquam erigitur, neque vocatus deserit curvitatē, qui non pugnat contra propriam & carnis inclinationem. Additur: *Erecta est, & glorificabat Deum.* Unde Dei specialissima gloria, quod curva mulier esset confestim erecta? Observa prius illam vocatam fuisse, quapropter filia dicitur Abraham, v. 16. Propter fuitiles voluptates ac delicias, terrenis alligavit fatanas, & curvitate corporis, signo curvatis mentis, ut placet Basilio in *Catena*. Ita ergo erat a fatana oppressa, ut *annis decem & octo* esset curva: tantaque tanto tempore terram versus pronitate; ut cœlum videre, nec omnino poterat *sursum respicere. Poena peccati est*, ait Gregor. ubi supra, dum cœlo vocati inclinantur in terrena: equidem quia liber defecerunt à vocatione; invitè, sed iuste ut premantur, traduntur fatanae. Modo in dubia. Miracula semper sunt & merito occasio glorificationis Dei, cum effectus mirabiles incognita causa sint. Non ante vocationem, sed post vocationem hæcine femina curva: & Deus glorificatur, dum exponitur erecta; ut constet quam difficilis erectio Monachi, semel traditi præ voluptate fatana: igitur ut possit in litum reddere pristinum; est necessarium singulare miraculum. Iccirco additur à celesti medico manuum impositio, quim alios languentes desperatos sanaverit verbo. Manus potentiam signat in potestate, quo intuitu, quæ dicitur singularis, *Mutavit dextera Excelesi*; & dum curva post vocationem erigitur, manus Salvatoris in curatione signatur; quippe ut Monachus iam curvus (proh!) revertatur ad cor, uti ad insigne prodigium necessaria manus Dei. Hispanice: *Para volver à su antigua rectitud, es necesario todo el poder de Dios.*

Ibid.

Infirmas corporis ab anima infirmitate.

Nes. 11.

Greg. Mag.

Summum miraculum Monachum lapsum redire in statum pristinum.

Plal. 76. 11.

quandoquidem si cœlum ut pium expectari quibat tanti vulneris remedium; tanta fatanas in terrea oppræssat curvitate; ut non solum impediret cœlum respicere, sed etiam posse. Haud brevis facta oppræssio, sed annis decem, & octo, iam quali aliam naturam confecerat consuetudo: Denique merito glorificatur, dum confestim vocata femina erigitur; quia excedit fidem humanam, & animam tot annis prolubijs in terrea curvam, in vocationem primam potuisse videri erectam. *O anima in terris curva, & cœlestium inanes!* *Quæ sequentes femina propter vitæ curvitatē, sequimini rectitudinem: quæ quidem difficilis propter inordinata, & obdurata consuetudine corda; sed faciliis volentibus divinâ iuvante gratiâ, quanvis cœlum respicere, observetur ut miraculum; in quibus tot annis nequibant videre cœlum. Hinc à Domino sacerdotibus dicitur: Ignis in altari semper ardebit. Semper, profectò, ut præter exacta Sacerdotum in perfectionem nutritio; & ignis (emblematis recti cordis propter perfectiorem statum) cuius flamma semper sursum: equidem qui excitatur ex corde lapide, ex pectore silice; si semel in facris incuriosè extinguitur, denuò difficilè accenditur: per virtutis enim continuatam oblivionem, qui flagrabat in mente, transit in frigiditatem. Alia vide, *Tom. 3. T. 8. D. 2. à num. 8.* Rediguntur igitur in cineres & ardor cordis.*

quandoquidem si cœlum ut pium expectari quibat tanti vulneris remedium; tanta fatanas in terrea oppræssat curvitate; ut non solum impediret cœlum respicere, sed etiam posse. Haud brevis facta oppræssio, sed annis decem, & octo, iam quali aliam naturam confecerat consuetudo: Denique merito glorificatur, dum confestim vocata femina erigitur; quia excedit fidem humanam, & animam tot annis prolubijs in terrea curvam, in vocationem primam potuisse videri erectam.

In que precipitia impellit vocationis officiantia.

Perfius.

Levit. 6. 12.

Igni devotiois difficile accenditur; si semel extinguitur.

Manil.

Apoc. 10. 10.

Monachi egrotando, cui amara observantia dulcedo.

Flammaque micantes. 13. Dei præcepta non solum desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, sed & dulciora super mel & favum. Legis volumine cibatur Ioannes, sed in stomacho sentitur amaror, ubi in lingua apparuit dulcor. *In ore meo (inquit) tanquam mel dulcor; & cum devorassim eum, amaricatus est venter meus.* Figura vividè exponitur cuius animus temporis diuturnitate laxatur: equidem celestium fastidio, videtur amara, quæ iam percepta dulcedo. Ita apparuit in ore, placuitque ita in stomacho mittere, ut transiret in substantiam aliti: mel in ore indicat dulcedinem vocationis; mel in stomacho, usus dulcedinis in tempore senectutis. Si in ore esset amara dulcedo, nulla in perfectionem cogitaretur vocatio: ceterum postquam percepta, dulcor amarus totalis animæ ruipa; igitur lamenta-

ble; quòd tempore transeat dulcor in amaritudinem; qui vocatione probatus in anime nutritionem. *Mel tempore amarior ex dulciori redditur*: ait Galenus; de *Antidot.* Macrobius, vero, 7. *Saturnal.* cap. 12. & *Coel Rhodigin.* lib. 28. cap. 25. *Mel optimum, quod in imo est.* Mel ex lege est profectio dulcoris, diuturnitate virtutis, amaror oritur oblivione professionis: haud pendet amaritudo vel dulcedo ex professione; sed ex palato avide, vel fastidiosè gustante; unde si malum Monachus, quòd quò status dulcedine suavior, laxatione fiat acerbior; peius utriusque, in perfectionis dulcore, quòd mel probatum ut dulce, ampliori amarescat tempore. (Tempus virtuti datur, ut omni tempore proficiat Monachus, & maior rutilet perfectione virtus. Habet atas supramm, medium & imum. Imum est tempus senectutis, quo mel optimum: si mel non dulce; procedit næ ex agro valente humore, qui tenorem corrumpit degastantur palati. In juventute, atateque adulta insurgunt vellicantis humoris superfluitates (quarum senectus est expertus) ut dulcedo Monachus videatur amaritudo, & simul voluptatum amaritudo dulcedo. Quapropter dum in imo mel non dulce, malum ex infirmitate; ceterum peius à tempore: equidem pessimum, si ex sapore exasperat mellis acor quòdebebat esse dulcior. Relaxatio fovit morum corruptionem, sicut pravus humor & estrenis mellis dulcedinem: unde quæ venerabilis, miserabilis despecta senectus; quippequam non senex qui pravis moribus, cum sit senectutis vita, senectus immaculata.

Galien. Macrobo.

Virg.

Lethalis dum atas crescit & virtus etate languet.

Greg. Mag. Degener ab inchoata virtute, in seculum propefont.

Virgil.

In peius ruere, & retro sub lapsa referri. Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum. *Remigijs subigit, si brachia fortè remisit, Atque illum in præceps prono rapit abveus anni.*

Sicine non vehuntur, sed dilapsi in ima precipitantur: equidem in peius vel in ipsa senectate rapiuntur sensim inclinationis pondere; quàm videri deberet apex inviolata sanctitatis, ut vinculum perfectionis.

14. Desertum erat locus in virtutis exercitium; & ut sanctitate floretet, Deus destinavit desertum: unde per Prophetam Evangelicum dicit: *Ponam in deserto abietem: id est, summam Monachorum perfectionem; qui in terrenis corporibus possit, celestia iam contemplantur*: subdit Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.* Cur in abiete Monachi perfectionis exponitur signum, ut præter Deo tanquam arbor delictarum? *Arborum pulcherrima & lectissima est, renititur pondere: ramos habet in cælum tendentes, non in latera pronos*: ait Ravil. Textor, 7. *Officin.* cap. 17. & Plin. lib. 16. cap. 30. Aliae arbores dum è terra surgunt, rectè cœlum versus procedunt; sed decursu temporis versus latera expanduntur, pronis ramis in terram, quam reliquerunt. Non ut initium est finis, quia distracta præter intervalla temporis, ponderosius inclinata, quando rectius in alta decebat surgere. Non proficiunt, ubi crescut; quia cadit virtutis vigor, & quod augmentum est languor. Abies uti lectissima, etiam ponderi resistit; procedit sicut incipit; versus cœlos tendens ramos, quin propendat in terram, ex qua sunt ortus. Crescendo proficit, quia semper in cœlum tendit, sursum ramos dirigit, & sese erigit: si quidem magis surgit, quem erigitur quò longius à rellure separatur: abietique confertur status perfectionis Monachorum, celestia vel in terris contemplantium; quia ita sunt in fine vitæ, rectitudine manente, ut fuerant in vocatione: equidem per augmenta instabilitatis temporum nulla sunt visa detrimenta virtutum. Est enim pectoris flamma (copia virtutum cursu temporis congesta) in vitæ felicissimo exitu; sicut erat in principio. Monachi sunt quasi arbores, quarum rami venientes & redeuntes utiles ac superflua cogitationes. Superflua, si collocantur deorsum: utiles, si sursum surgunt, demonstrantes processum, & simul temporis cursum,

Itai. 4. 19.

Greg. Mag.

Text. Plin.

Conditio abietis.

Cor symbolum perfecti Monachis.

sums vel languorem vocationis ex falsitudine atatis in tempore senectutis: unde perfectiorum in abiete fit meditanter descriptio; quippe nulla in nullo tempore in terrena cogitatio. *Nulla nobis hic* (inquit Bernard. serm. de Obedientia, num. 7.) *liberiorum nutriendorum cura: nulla sollicitudo, quomodo placeamus uxoribus: non de nundinis, non de negotijs secularibus, non de ipso vitu & vestitu necesse est cogitare. Procul à nobis magna quidem & ex parte dici malitia, & sollicitudo vita.* Psal. 26. 5. *Sic abscondit nos Deus in abscondito tabernaculi sui.* Quorsum ergo extranea vota, dum habemus necessaria? Non sufficit abscondi in tabernaculo, ni sic in tabernaculi abscondito; quo corpus est in Sanctuario, & cogitatio est in celo. *Aéius*

vite sua omni hora custodire: monet N. Patriarcha, d. cap. 4. instrum. 48. Qui non custodit; nec tempore proficit, nec iter in itinere dirigit, nec surgit, nec crescit: igitur languescit extra cogitationem custodiam, dum expanduntur uti rami versus terram. Omni hora & omnes actus, ne langueat virtus: siquidem non est virtus virtus infirma; & infirmatur, ni tendat in superiora. Non hac vel illa, sed omni: non hac vel illa, sed temper: etenim si modo sic, modo non; Monachus (ut verbis Senecæ utar, Epist. 92.) non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur: cuiusque autem deest aliquid ad bonum, malus est. Non bonus, qui non malus, sed si cui virtus animique in corpore presens.

S. Benedictus

Non est virtus, virtus infirma.

Seneca



TAU-

TAUTOLOGIA QUINTA.

SAMUEL AUTEM MINISTRABAT ANTE
faciem Domini. 1. Reg. 2. v. 18.

EXPOSITIO LITERÆ.



Er. repetitur huiusmodi ministratio: hic notatur primo, tantam quam insigniori loco, quod dictum, v. 11. & demum cap. 3. 1. ubi dicitur: *Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli; & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis: de quo suo loco, Tautolog. 7. Nihil mirum, quod placeret in officio, qui placuit a puero. Stet autem filius meus hic* (dicebat Heli Annæ, apud Philonem Biblic.) *ministrans, quousque fiat lumen genti huic.* Illique iam grandifuculo, in blandimen, sibi complacens de divite pueri indole ingeniosissima: *Adveniente matre tuâ, dixi ad eam: Proficiscere, quia quod nascetur ex te, filius erit mihi.* Suum filium vocat, quem à matre donum Domino acceperat; ut exprimeret gaudium pectoris, atque munus magisterij Sacerdotis; qui quos in Dei obsequium suscipit servos, suscipit liberaliter ut filios proprios. Quem non alliceret gratia infantis balbutientis cum commendatione festivæ amabilis pulchritudinis?

Philo Bibl.

Samuel delictum Heli.

Ovid.

Moribus & formâ conciliatur amor.

Fascinat gratia & forma, verè lenocinia cordis, atque philetâ pendula voluntatis, vincula adamantina pectoris. Quia forma bonum fragile, Samuel fortis ex forte, ut ait Theophr. Edyl. 22. v. 12.

Ingenij dotes corporis addit donis.

Idem.

Ut aliò dixit Ovidius, 2. de Arte. v. 112. Inerat amor mentes usu. Ipse senex ultrò sese aptat magisterio; ut fulguret in alienis, quæ obtenebrata disciplina in filijs. Deus ergo contulit puero gratiam; ita ut Heli tueretur in illo non tam virtutum specimen, quam perfectionis nitorem, uti observavimus Tautolog. præced. num. 25. ex Procopio. *Vidit in eo florentem divinam gratiam, & idè ornavit Epbod: igitur uti observavit præfatus Philo, Pro illo prophetavit Asaph in deserto; scilicet, Moyses & Aäron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos.* Amor enim in educationem tanti pretiosi pignoris impulit sacerdotem & senem, ut se exhiberet voluptuosè & nutritum & ducem. Venit in mentem illud Hieronymi ad Letam, Epist. 7. *Ipse (inquit) si Paulam miseris, & magistrum me & nutritum spondeo: gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multò gloriose mundi philosopho, qui non regem Macedonum, Babilonio periturum venenosè sed ancillam & sponsam Christi erudiam, regnis celestibus offerendam.* Sic igitur Heli deliciabatur, Samuelis penetrans animum, ut disciplinæ imbuerit dignum Sanctuarij ministrum.

Procop. Philo Bibl. Cuius Magister ac nutritus Hieronymus.

Ingentes animos angusta in corpore versans.

Virgil.

2 Tunc quippe bonus senex præerat Sanctuario, fixum in Silo, perfungens summi muneris Pontificis. Subijciam quod præcitatus Rabbini Philo Biblicus serio refert in suis Antiq. non ut plaudas, sed ut profusè rideas: nimirum Phineës nepotem Aäronis apud Heli sepouitille Sacerdotium Maximum; quem (miror) fecutus est Carolus Sigonius, de Hebr. Repub. lib. 5. cap. 2. etenim alserit (quod impossibile videbimus, Tautolog. seq. num. 2.) vixisse utque ad tempora Sanfonis; quo tractus Pontificum ex familia Eleazari, filius cuius fuit Phineës, qui referuntur, 1. Paral. 6. à q. 4. Omnino intercipitur: illo sanequam superstite, nullus quibat iurè gerere Pontificatum, ut præseribitur Levit. 6. 22. ubi: *Sacerdos, qui iure patri successerit: de quo late Tautolog. cit.* Sic igitur Heli increpans filios, potiùs Belial, quam suos, dicebat:

Heli non accepit sacerdotium à Phineës.

Qua